



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCXIII. De Morte Fratris Friderici Holle & XXX. Virorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hartmannus C. de Meldringen VIII. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Conradus de Tierberg Junior XII. Mag. Prov. Prussiae.*

iacus, qui à Scumando Sudinorum Duce, appellatur Scomand-
See. *Vid. Henneberg. in libro de Veteri Prussia fol. 40. seqq.*

CAP. CCXIII.

De

Morte Fratris Friderici Holle &

XXX. Virorum.

Eodem anno fr. Fridericus dictus Holle germanus fratris
Marquardi Revelinghe cum C. Viris equitibus de Castro
Brandenburg processit contra Sudoviam, & dum accepto ma-
gno spolio in territorio Kirsovia rediret hostes sequentes ipsum
cum XXX. Viris interfecerunt: Nec tamen hoc tacendum æ-
stimo, quod idem fr. Fridericus antequam occideretur cuidam
Viro strenuò in armis, qui occurrit ei in bello, tantam plagam
eum gladio ad scapulam dedit & tam durè verberavit, quod ipse
non habens virtutem subsistendi cum equo decidit ad terram,
licet tamen ex tali plaga nullum vulnus haberet in corpore, nec
& vestigium vulneris appareret. Sicut idem sic plagatus & alii
Sudovita, qui huic bello interfuerunt, & viderunt postquam
ad fidem Christi conversi fuerant publicè sunt confessi.

CAP. CCXIV.

De

*Conversione cuiusdam nobilis & mille
quingentorum de Sudovia & desolatione
dictæ terre.*

Multa & infinita sunt contra Sudovitas bella gesta quæ
causâ